cum eiusdem Mariti sui ac tutoris coniugalis personaliter astito et tunc sui spontanee sana mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia [illegible] Dorothea Niwinska Mater et Laurentius Bartholomeus Niwinsky fratres germani eius omni et integra dote tam in paratis pecunijs quam et paraphernalibus ac expeditione competenti se de bonis Niwino Leszno paternis et Maternis ipsam concernentibus plenarie et exintegro satisfecerunt ideo ipsos quietat et liberos facit bonisque omnibus paternis et Maternis abrenunciat perpetuo.

Actum in Curia Regia Branscen. feria Sexta post festum Immaculatae Conceptionis Gloriosissimae Virginis Mariae proxima Anno Dni 1649

Przewuski Piotrowskiey Assecurat.

Coram officio et Actis praesentibus Capitaneal. Capitan. Branscen. personaliter comparens Generosus Paulus Przewuski olim Generosi Nicolai Przewuski filius sana mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Generosae Catharinae Piotrowska olim Generosi Martini Piotrowski filiae coniugi suae charissimae et in eventu mortis ipsius lyneis succesoribus summam Quatuor Millium florenorum Numeri et monetae Polon. in omnibus in genere et singulis in specie bonis suis mobilibus et immobilibus summisque pecuniarijs in quocunque Pallatinatu terra et Districtu consistentibus se quolibet iuris titulo concernentibus nunc habitis et ipsi post favente Divina clementia habendis et acquirendis modo certi veri et liquidi debiti inscribit et assecurat Soluendam sub vadio simili aliorum Quatuor Millium Florenorum Polon. in defectu solutionis ad soluendum succumbendo. Et Coram quovis Judicio et Officio Regni in primo Actorum termino peremptoria responsione ac satisfactione omnibus Controuersijs exceptionibus allegationibus evasionibus [illegible] successionem dilationibus quibuscunque [illegible] ac earum prosecutionibus alijsque in Universum iuris remedijs et defensis ac legalibus impedimentis etiam de iure concessibilitas se [illegible] succumbit ad abscribendo et abrenunciando.

M. Capitanei Drohicien. Debitum.

Coram officio et Actis praesentibus Capitaneal. Capitan. Branscen. personaliter comparens Nobilis Andreas Kapinsky de Kapostra Districtus Drohicien. filius sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit Quia Magnifico Zbigneo a Checzyn Oslinski Drohicien. Capitaneo et in eventu mortis illius lyneis succesoribus tenetur et

+ [illegible]